

10.

PRIMUS IN DIOECESIM
WESZPRIMIENSEM INGRESSUS
ILLUSTRISSIMI,
AC
REVERENDISSIMI
DOMINI, DOMINI
ADAMI ASCADI
DE
EADEM

Dei, & Apostolicæ sedis gratiâ Episcopi
Weszprimiensis, locique & Comitatûs ejusdem su-
premi, ac Perpetui Comitis, Serenissimæ Reginæ Hungariæ
Cancellarii, Abbatis S. Martini de Vaska, Venerabilis Capi-
tuli Cathedralis Ecclesiæ Jaurinensis Canonici, Sacræ Cæ-
sareæ Regiæque Majestatis Confiliarii, & per
Regnum Hungariæ Aulæ Can-
cellari &c. &c.

DOMINI, DOMINI PATRONI
GRATIOSISSIMI,

Annô quô,

Ista VoVent

ResIDentIæVeszprIMIensIsReLIgIosIè
sChOLIs PIIIs. - 1724

BUDÆ, Typis Joannis Sebastiani Landerer Typographi.

1724.

PREMUSIN DIGERM
APSERMIN SIN HABESSER
ILILUSTRANK
REGERBENDIZZIMI
DONINI, DOMINI
ICASA, IMACA
MECIAT

Si non a labor*o*re*o* e*st* quialque domin*o*lo*o*
A le*o*ra*o* quialque domin*o*lo*o* e*st* quialque domin*o*lo*o*
Serve*o* quialque domin*o*lo*o* e*st* quialque domin*o*lo*o*
Consider*o* quialque domin*o*lo*o* e*st* quialque domin*o*lo*o*
Rego*o* quialque domin*o*lo*o* e*st* quialque domin*o*lo*o*

c*on*sider*o* quialque domin*o*lo*o*
SOMMIN, DOMINI TRAKONI
CERTTOZZUZIKIE
A*nn*o d*omi*n*o*
Per A*nn*o Vera*ce*
HELDenge*o* Verbi*Word*es*Reg*le*
SCH*o*p*pe*s Perle*

FAMA & SOLI AUSTRIACI
AMBITU PROVOLANS
GRATIOSAM ILLUSTRISSIMI
PRÆSULIS WESZPRIMIENSIBUS
AUGURATUR ORIS PRÆSENTIAM.



In a soporifero mulcebat lumina somno
Morpheus, & tacitas pertulit Urbe
moras.

Volvebat pro tunc prænuntia mente fi-
guras

Fama, per effractos prosilitura sinus.

Ast quia prægnantes urgebant tempora curas

Assumit subito quâ volet Ales iter:

Huic favet assuetô partu Lucina per oras,

Propulsis tenebris spargit ab ore jubar.

Et nec amica negat, non fidera Delius axe

Quâ præsto penetret Compita, Regna, Plagás.

Poscit anhelus amor, quat amplius, urget, & instat

Ardor quo celeres pertrahat inde moras.

Insidet aurato Phaëton post omnia curru

Quâque Deam vectet parte paratus erat,

Non contenta tamen sanâ non ullius arte,

Hæc Dea, sed pernix arripit, aptat iter,

Nec mora jam binis raptatur suaviter alis

Intentique subit post sua vota lares.

Occurrit properæ Genius spectator ab alta

Weszpreensi specula, Sacraque tecta subit.
Excipit, & tanti causam conaminis audax
Quærerit, & attonitâ percipitaure sonos.
Concurrere Deæ, concurrit turba Deorum
Nuntia spectantes : currit Apollo polo.
Hinc glomerata Patrum, glomerata caterva sororum
Parent, & medio stat Dea cincta Throno.
Illinc Musa suo festinans agmine cornu
Occupat, ut solitos ducat Apollo Choros.
His ita spectatis capiunt subsellia Divæ,
Fama salutatur, prima locata loco.
Ergo munus obit propriæ Dea pandere mentis
Arcana haud cessans quo suus ursit amor
Hic ubi festinant solito de more Theatro
Spectantes , altum conticuere Deæ.
Surgit, & aligeram ponit prænuntia mentem
Nec post conatus Diva moratur ovans.
Nunc audite (inquit) Divæ perpendite sensa
Quæ sim ? portendam ? pectora nostra carent.
Fama vocor, Conjux Axis, summique Tonantis
Filia , quam totus suspicit orbis , habet.
Illa ego maturo superum de vertice nata
Sum Dea , præ reliquis nuntia læta ferens.
En quem felici curru fortuna vehebat
Nuper in Austriaco Climate , Præfus adebat.
Præfus adebat mæstis ACSADI gaudia pandens
Propulsans Brumam , tempora verna parit.

S A L U T A T I O.

Post diu pendula votorum nostrorum desideria ades tandem Illustrissime , ac Reverendissime Domine , Domine PRÆSUL Gratosissime. Ades quod Tuorum inflames corda Clientium , mæstos soleris , tuearis pupillos. Ades , ut cuius aurato innixa Eſſedo Fama Weſzprimienses recreare non dubitavit oras , nobis hodierno sole per gratosissimam , milléque expetiam votis præsentiam insolitorum ver parturiisti gaudiorum. Et quem unanimi voto , concatenatō , eoque sincerō anhelabamus pectore , ut filij Patrem , in præsens omni repulsa tenebrarum nube ſvavi tripudiorum fatiamur ſufurro. Pater es , ſiquidem omnes in Tuo , Tu Unus in omnium ſinu vivis. Memor illius Senecæ (a) ejus magnitudo ſtabilis fundata eſt , quem omnes non tam ſuprà ſe eſſe , quād pro ſe ſciunt , cuius curam excenbare pro ſalute ſingulorū , atque universorū qaotidie experintur. Gruem imitari viſus es , quando reliquias quiescentibus nec ſomno parcens , quotidianas pro Patriæ bono , Regnicolarum ſolatio , non denegas excubias. Et quamvis ſexcentis obruaris curis , ſinè omni procrastinatione proprium adimplere ad amuſim conaris officium. Exoptet Aula , velit Magnatum frequentia , urgeant innumerorum quasi instantiæ , expetant Regni negotia , Pastoralis curæ votum ſubintret , omnia modesta ſvavitate , & ſvavi pertractas mo-

destia. Unde non immeritò Patrem filiorum , Patrémque Patriæ Te ausim appellare , cùm experientia etiam dicitet , in Te tantum animi ardorem , proximi emolumentum elucere ; ut sinè omni strepitu privatis utilitatibus publicas anteferre , multóque diligentius muneri Tuo consulere , quām facultatibus sis edoctus. Virtus hæc radicem derivavit à Patre Filij , qui posteaquam sex suprà viginti annis Inclyti Comitatūs Weszprimiensis Vice-Comitis laudabili-ter adimplēsse officium , nec molesta disturbiorum ferre poterant obicem tempora , ubi sui oblitus commune promovere haud studuisset bonum. Eructant id incessanter Inclytæ Comitatuum non paucorum Tabulæ , & vivida in virtutibus heroicis , gestis præclaris Patris Tui demonstrant Busta ; non enim intumulandus est , qui in actis suis vivit. Non inquam intumulandus est Pater , qui in Filio vitam continuauit. Utpote qui ubi prænominatos sex supra viginti in Vice-Comitis officio obiisset annos , & gradum promotionis notabilem inchoasset , continuavit id Filius , & in intensiorem evexit gradum , cùm Anuō vigesimō sextō su-
pra millesimum septingentesimum faventibus superis in su-prenum Comitatūs ejusdem installatus est Comitem. Et ut solidiori firmetur status basi , in Præsuleam Episcopatus Weszprimiensis evectus est dignitatem. Felix adhuc Hun-garia ! ubi Patriæ Filios Purpuratis non exuis Tiaris.

Verùm non immeritò in notabiles Te Illustrissime ac Re-verendissime Domine , Domine Præsul Aquila evexit Austria-ca honores , siquidem in quiete minimè quietus , in otio es negotiosus. Et ubi non paucisunt ad honores Mercurij , Tu testudineam imitari visus es tardiratem. Ubi nullus non ad dignitatum fastigia Eques est , Te nec peditem quidem ex periri poteramus. Et certè nisi Augustissimi Imperatoris nostri Caroli VI. velle , publicum Regni bonum , Patriæ

emolumen tum, Cleri favor animarum zelus impedivisset, tam Præsuleæ dignitati, quām Cancellariaiatus officio vale-dixisse. Unde bene fastigio dignus, quia es sīnē fastu, sīnē fastu inquam in fastigio affabilem spiras modestiam, mode-stam prætefers affabilitatem. Omnia summa consecutus es virtute duce, comite fortuna. Comprobat id extraordina-rius in Te Domūs Austriacæ favor, qui antequam in Præ-suleam Episcopatūs Welsprimiensis Teevexisset dignitatem, jam in Cancellarium Regni Hungariæ sublimavit, & ordi-navit. Evexit fortuna, sublimavit virtus, & labor ordi-navit. Ita tamen ut semper prima laus, primum encomi-um virtuti, ac labori, proxima non nisi fortunæ adscriba-tur. De quo bene Ennius : (b) *Fortibus est fortuna viris data.* Nempe ubi ipse vigilasti Dij quoque admoverunt manum (c) Uni-de (d) quo res Numine propitio suscipiuntur, eas semper Reipubli-cae melius, feliciusque cessuras consentaneum est.

Contra verò nihil ritè, nihilque providenter homines sine Deorum immortalium ope, Consilio, honore auspicantur. (e) Quod ubi consecutus es felicissimè aëcis Tuis in Domum Austria-cam nihil infers præter memoriam Nominis sempiternam. (f) Tu enim (quod nemo audiat, quin Te miretur, & amet) co-ruscantes ab Infulis faces modestiæ velo ita mitigas, ut to-tus omnibus Te intuentibus pateas. Neque ideo minor es, quod communior nobis, at tantò videris esse major, quanto familiarius nobiscum agis. Jam non Pæsul solummodo, sed Præsidium, ubi relicta tantis per Urbis Viennensis fre-quentia ad nos descendis, ut quā propior nobis Paternum benevolentiæ, & gratitudinis aperias finum. Cum sideri-bus etiam non exiguum habes communicationem, in unico devians, quod hæc non nisi eminus se patiantur aspici, Tu
verò

(b) 17. (c) Al-Sahil. in Pers. (d) Xenoph. de Prov. in f. (e) Plin. in Paeg. (f) Cic. 2. Offic.

verō inter adstantium obtutus , innatam non denegas p̄-
sentiam . Hodie itaque ad festivos p̄eprimis Venerabile
Capitulum Welsprimiense plausus ad reseratos amplissimo-
rum tripudiorum Campos currere , aut volare satagit .

Hodie suo aliquantum viduata sponsa , sponsa (Welsprimi-
ensis , Ecclesia) circumquaque Pelleō tincta penicillō , hil-
arem & amœnum exporigens vultum , in Amplissimos Il-
lustrissimi Præfulis ruit amplexus . Hodie adest Incliti
Comitatūs Welsprimiensis ex circumjacentibus confluens
partibus Caterva , Te ut Caput supremum de more salutatu-
ra . Noverat enim , quod sicut Caput gerere curam mem-
brorum oportet , ita vicissim membra Capitis , si salvum a-
nimal debet conservari . Nam membrorum , quod resectum
est , cùm seorsim esse cepit hoc ipso est mortuum ; idem Capi-
ti à membris dirempto contingere necesse est . Hodie Cam-
panum æ certatim bino remugiente Colloso , clarissimum
intumulati oris percrepat fragorem , vividum veluti cada-
ver eructans concentum , Præfuleamque innato sibi comita-
tur boatu . Ast nec tenella Scholarum Piarum suum denega-
vit Vectigal Minerva , ubi Phætonteo illisa curru ad novum
recurvo poplite salutandum se sistit Apollinem . Cui non
ante latentia ex silentii carcere prodire poterant vota , quām
Præfuleus favor tuus affectuum januam reserasset . Non
prius in publicum sinceri scena pectoris erumpere valebat
Theatrum , qnām serenus Illustrissimi Præfulis radius eam
allexisset . Quare quis est , qui fileat gaudia ? Quæ etiam per
effrausta taciturnitatis erumpunt repagula , & arduos evin-
cunt naturæ nexus , ubi suavioris lætitiae , amorisque im-
pelluntur stimulo . Progredere jam flos amœnissime , sua-
vem diffundens in Patria nostra odorem , pæstanas ,
exporrige rosas , ut coronemur Rosis . Dixi .

serVVs & CapeLLanVs sIgIsMVnDVs .

E. H. O. A. M. P. I. B. V. H.